

The *Manipulus/Scotichronicon* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/Scotichronicon/index.html>)

Gloria mala siue uana ab

Quid profuit tibi inanis gloria, brevis leticia,
mundi potencia, carnis voluptas, false diuicie,
conquestus terre,
magna familia, et mala concupiscencia?
Ubi jocus, ubi risus, ubi iactancia, ubi arrogancia?
De tanta leticia, quanta tristitia!
Post tantam voluptatem, tam gravis miseria!

Scotichronicon, 12.13 (Watt ed., vol.6, p.330, ll.59-63).

Quid profuit illis inanis gloria, brevis leticia,
mundi potencia, carnis uoluptas, false diuicie,

magna familia et mala concupiscencia?

Ubi risus, ubi iocus, ubi iactancia, ubi arrogancia?

De tanta leticia, quanta tristitia!

Post tantam uoluptatem, tam grauis miseria!

De illa exultatione ceciderunt in magnam ruinam et magna tormenta. Quicquid illis accidit, tibi accidere potest, quia homo es; homo de humo, limus de limo, de terra es et de terra uiuis et in terram reuerteris quando ueniet dies ultima que subito uenit, et forsitan hodie erit. Certum est quia morieris, sed incertum quando aut quomodo uel ubi. Quoniam mors te ubique exspectat, tu quoque, si sapiens fueris, ubique eam exspectabis.

Hugo ibidem (libro I. de anima).

Manipulus florum, Gloria mala siue uana ab

Quid profuit illis inanis gloria, brevis laetitia,
mundi potentia, carnis voluptas, falsae diuitiae,

magna familia, et mala concupiscentia?

Ubi risus, ubi jocus ubi iactantia, ubi arrogancia?

De tanta laetitia, quanta tristitia!

post tantillam voluptatem, quam grauis miseria!

De illa exultatione ceciderunt in magnam miseriam, in grandem ruinam et in magna tormenta. Quidquid illis accidit, tibi accidere potest, quia homo es: homo de humo, limus de limo. De terra es, et de terra vivis, et in terram reuerteris, quando venerit dies illa ultima, quae subito ueniet; et forsitan hodie erit. Certum est quia morieris; sed incertum quando, aut quomodo, uel ubi. Quoniam mors ubique te exspectat, tu quoque, si sapiens fueris, ubique eam exspectabis.

Auctor incertus (Bernardus Claraeuallensis?), *Meditationes piissimae de cognitione humanae conditionis*, 3.9-10 (PL 184, col.491B-C).